

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Svmma Totivs Theologiæ S. Thomæ Aqvinatis, Doctoris  
Angelici Ordinis Prædicatorum**

Svpplementvm Tertiæ Partis

**Thomas <von Aquin, Heiliger>**

**Romae, 1619**

Vtrum oporteat confessionem esse integrum? 2

**urn:nbn:de:hbz:466:1-38817**

Dei gerit: & ideo debet ei fieri hoc modo confessio, sicut si contritio Deo. Vnde sicut non esset contritio, nisi quis de omnibus peccatis, quæ memoriæ occurruunt contereretur: ita non esset confessio, nisi quis de omnibus, quæ memoriæ occurrerint, confiteatur.

Ad tertium dicendum, quod quidam dicunt, quod quando aliquis recordatur eorum, quæ prius oblitus erat, debet etiam ea quæ prius confessus fuit, iterum confiteri: & præcipue si non potest eumdem habere, cui ante confessus fuerat, qui omnia cognoscit: ut totius culpæ quantitas vni sacerdoti innorescat. Sed hoc non videtur necessarium: quia peccatum habet quantitatem & ex scipso, & ex adiuncta alterius: peccatorum autem, de quibus confessus est, manifestauit quantitatem, quam ex scipisis debet habent. Ad hoc autem, quod sacerdos utramque peccatum quantitatem huius peccati, cuius fuerat oblitus, cognoscat: sufficit quod hoc peccatum confitens dicat explicitè, & alia in generali: dicendo, quod cum si erubet alia multa confiteretur, huius oblitus fuit.

Ad quartum dicendum, quod etiam si sacerdos non possit de omnibus absoluere, tamen tenetur per omnia ei omnia confiteri, ut quantitatem totius cul- tum per se cognoscat, & de illis de quibus non potest absoluere, ad superiorem remittat.

## ARTIC. III.

*Vnum posse quis per alium vel per scriptum confiteri?*

**A**d tertium sic proceditur. Videtur, quod possit quis per alium, vel per scriptum confiteri. Quia à confessione ad hoc necessaria est, ut conscientia pauci- s: quenam sacerdoti pandatur. Sed homo potest per unum penitum, vel per scriptum suam conscientiam sacerdoti adiunctorum manifestare. Ergo sufficit per alium, vel per scri-

ptum omnia confiteri.

¶ 2 Præterea, Quidam non intelliguntur à pro-

G 3 tales

tales non possunt nisi per alios confiteri. Ergo est de necessitate sacramenti, quod per seipsum confiteatur: & ita videtur, quod si per alium confessus fuerit qualitercumque, sufficiat ei ad fidem lingua rius litterarum, a

**¶ 3** Præterea, De necessitate sacramenti homo proprio sacerdoti confiteatur, ut ex dicto *q. preced.* art. 5. Sed aliquando proprius sacerdos est cui non potest penitens propria voce loqui; autem per scriptum ei suam conscientiam manifestare. Ergo videtur, quod per scriptum ei suam scientiam transmittere debet.

SED contra, Homo ita tenetur ad confessionem peccatorum, sicut ad confessionem fidei. Sed confessio fidei ore est facienda, ut patet Rom. 10. E

*Vtrum fidei confessio peccatorum debet penitentia manifestari?*

**¶ 4** Præterea, Qui per seipsum peccauit, per se debet penitentia manifestari. Sed confessio est penitentia manifestari.

Ergo penitens debet confiteri propria voce.

**RESPONDEO** dicendum, quod confessio A D q. solum est actus virtutis, sed etiam est pars sacramenti. Quamuis autem ad eam, secundum quod est significativa, virtutis, sufficeret qualitercumque fieri, emperatur, esset tanta difficultas in uno modo sicut in alterum secundum quod est pars sacramenti, hanc terminatum actum, sicut & alia sacramenta determinatam materiam. Et sicut in baptismate significandam interiorem ablutionem, assumuntur elementum, cuius est maximus usus in ablutione in actu sacramenti confessionis, ad manifestandum ordinare assumitur ille actus, quo maxime confessio manifestare, scilicet proprium verbum. A dmissione modi sunt induiti in supplementum istud emittuntur.

Ad primum ergo dicendum, quod sicut in confessione non sufficit qualitercumque abluere, nullus elementum determinatum: ita nec in penitentia sufficit qualitercumque peccata manifestari, oportet, quod per actum determinatum usus penitentur.

Ad secundum dicendum, quod in eo qui usum  
linguae non habet, sicut est mutus, vel qui est alterius  
linguae, sufficit quod per scriptum, aut per num-  
tum, aut per interpretem confiteatur: quia non  
exigitur ab homine plus quam possit: quamuis homo  
non possit vel debeat Baptismum accipere, nisi in  
aqua, quae est omnino ab exteriori, & nobis ab alio  
exhibitetur. Sed actus confessionis est ab intra & a  
nobis: & ideo quando non possumus uno modo, de-  
bemus, secundum quod possumus, confiteri.

Ad tertium dicendum, quod in absentia proprij  
sacerdotis etiam potest laico confessio: & ideo  
non oportet quod per scriptum fiat: quia plus per-  
tinet ad necessitatem confessionis actus, quam ille,  
qui fit confessio.

## ARTIC. IV.

*Vtrum sexdecim conditiones assignatae requirantur  
ad confessionem?*

38

A D quartum sic proceditur. Videtur, quod sex-  
decim illæ conditiones, quæ a magistris assi-  
gnantur, his verbis contentæ, non requirantur ad  
confessionem.

Sit simplex, humilis confessio, pura, fidelis,  
Atque frequens, nuda, & discreta, libens, verecunda,  
Integra, secreta, & lachrymabilis, accelerata,  
Fortis, & accusans, & sit parere parata.  
Fides enim & simplicitas, & fortitudo sunt per se  
virtutes. Ergo non debent ponи per se conditiones  
confessionis.

¶ 2 Præterea, Purum est, quod non habet per-  
fectionem: similiter simplex compositionem &  
ermitionem aufert. Ergo superflue alterutrum  
in istius onitur.

¶ 3 Præterea, Peccatum semel tantum commis-  
sum nullus tenetur confiteri nisi semel. Ergo si homo  
peccatum non iterat, non oportet quod sit frequens  
peccata.

¶ 4 Præterea, Confessio ad satisfactionem ordi-  
natur.

G 4 natur.